Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

one humani generis misericordiam dei
creatoris imploraT. Quis inquit iacob sus
citabit. quis humano generi luctatorem
illum destinabit. iacob enim luctator di
citur. qui cum auctore mortis in sua hu
manitate congredietur. Tunc enim
iacob iste suscitatur. cum in utero uir
ginis matris filius dei. opatione sancti
spiritus incarnatur. Quia est paruulus.
qui in suscepta humanitate paruulus
apparet et despectus. De quo paruulo
esaias dicit. Paruulus enim natus est nob.
filius datus est nobis. Dnis sup hoc mise
retur. quia deus pater. p incarnationem
filii sui mundo reconciliatur. Unde na
to eo in bethlehem. facta est subito cum
angelo multitudo celestis exercituum.
laudantium deum et dicentium. Gla
m altissimis deo. et in terra pax homi
nibus bone uoluntatis. Dnis deus dixit.
quia spe ses mysterium redemptionis
ab eterno pdixit. Istud inquit non erit.
quia incarnationis sacramentum. con
ditioni mortis repugnabit. Non enim
est aduerbium negatiuum. quo p in
carnationis sacramentum denuntiat.
mortis suum ius esse negandum. Here
michi dnis deus ostendit. quia creator
mundi. redemptionem mundi. oculis
cordis mei expandit. Et ecce dnis deus
iudicium ad ignem uocauit. quia ds
pater ad supplicium passionis quam
ignis exprimit. sua obedientia illum
destinauit. p quem futurum iudicium
fieri electorum et reprobrorum omnium.
ab eterno pordinauit. Iudicium abyssum
multam deuorat. quia xpe p suae CRV
cis triumphum. inferorum potentiam suae
maiestatis potentia expugnat. Simul par
tem comedit. dum electorum pplm de in
ferno eripit. De qua parte p osee dicit. Ero
mors tua o mors. morsus tuus ero inferne.
Alpha dnm deum quiescere obsecrat.
quia ordo pphicus. diumque irre commotio
nem. sup humani generis pditionem. sua
intercessione mitigat. Quis inquit ia
cob suscitabit. quis illum humani grene
ris ppugnatorem a morte suscitabit. q
luctam suae passionis. morte crucis con
summabit. Quia est paruulus. qui p as
sumpte humilitatis habitum. in oculis
superborum erit abiectus. dum quasi non
habens potestatem se defendendi uel un
dicandi. capietur. uincietur. conspuet.
alapis cedetur. et facie uelata colaphiza
bitur. spinis coronabitur. flagellabitur.
inter latrones crucifigitur. aceto et felle
potabitur. lancea latus pforabitur. Dnis
sup hoc misereitur. quia deus pater p pas
sionem unigeniti filii sui. mundo recon
ciliatur. Dnis deus dixit. quia spiritus
sanctus passionis mysterium ab eterno
pdixit. Sed et istud inquit non erit. qa
passionis xpi sacramentum. mortis nega
tiuum erit. dum sua uirtute. morti et
mortis auctori repugnabit. Here michi
ostendit. quibus future redemptionis
mysterium michi potendit. Et ecce dnis
deus stans sup murum litum. et in manu
eius trulla cementarii. Dnis stat sup murum
litum. dum p sue passionis mysterium. il
lud humani generis reformat edificium.
quod in primo parente maligni hostis
fraudulentia est diirutum. De hoc muro